

LIV. Quia vero infirma ætas, etiam cum rectè sapit, ad prædicandum non debet incaute prosilire, subditur: *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* (Lib. 11. c. 6 p. 369.)

LV. Sed inter hæc intueri, necesse est, quantæ peregrinationis nostræ poena nos perculit, qui in eam cæcitatem venimus, ut nos ipsos ignoremus. Perpetramus mala, nec tamen celerius deprehendimus vel perpetrata. Exclusa quippe mens à luce veritatis nihil in se, nisi tenebras invenit, & plerumque in peccati foveam pedem porrigit, & nescit. Quod nimirum de sola exilii sui cæcitate patitur, quia ab illuminatione Domini repulsa, & semetipsum videre perdidit, quæ auctoris sui faciem non amavit. (Ib. c. 24. p. 386.)

LVI. Ad hoc conditor noster latere nos voluit finem nostrum, ut dum incerti sumus, quando moriamur, semper ad mortem parati inveniamur. (Lib. 12. c. 38. p. 408.)

ADICIONES Á SAN GREGORIO.

I. **D**ivinus sermo sicut mysteriis prudentes exercet, sic plerumque superficie simplices refovet. Habet in publico unde parvulos nutriat, servat in secreto unde mentes sublimium in admiratione suspendat. Quasi quippe fluvius (ut ita dixerim) planus & altus, in quo & agnus ambulet & elephans natet. (In Expos.

I. **L**a palabra divina, asi como es digna ocupacion de los prudentes por razon de los misterios que encierra, asi tambien con lo mas superficial es el consuelo de las almas sencillas. Con lo público alimenta á los pequeñuelos, con lo mas secreto admira, y suspende los entendimientos sublimes. Es como un rio que en

unas partes va somero, y en otras muy profundo, en el que pasa el cordero, y nada el elefante.

II. El que enseña debe atender á no predicar mas que lo que el auditorio puede entender. Pues debe descender hasta ajustarse con la flaqueza de los oyentes. El que anuncia á los pequeñuelos cosas sublimes, que por lo mismo no les han de aprovechar, mas pretende hacer ostencion de sí, que ser útil á los que le escuchan.

III. Muchas son las señas que manifiestan el corazon de los oyentes. La principal es el que alaben lo que oyen, no siguiendo lo que alaban.

IV. Segun la calidad de los oyentes debe ser el Sermon de los Predicadores, y de suerte, que á cada uno le sea útil para lo que en particular necesita, pero sin apartarse del arte de la edificacion comun.

V. Orar verdaderamente, es que resuenen con la compuncion los gemidos del amor, y no las palabras estudiadas.

VI. Otros vicios solamen-

lib. Job. c. 4.)

II. Debet subtiliter is qui docet perspicere, ne plus studeat, quam ab audiente capiatur, prædicare. Debet enim ad infirmitatem audientium semetipsum contrahendo descendere: qui parvis sublimia, & idcirco non profutura loquitur, se magis curat ostendere, quam auditoribus prodesse. (Lib. 20. Mor. c. 2.)

III. Multa sunt quæ audientis animum produunt: maxime si auditores nostri & semper laudant quod audiunt, & numquam quod laudant, sequuntur. (Cap. 12.)

IV. Pro qualitate audientium formari debet sermo doctorum, ut & ad sua singulis congruat, & tamen à communis ædificationis arte numquam recedat. (Lib. 30. Mor. c. 4.)

V. Veraciter orare, est amoris in compuncione gemitus, & non composita verba resonare. (Cap. 21.)

VI. Alia vitia eas solum-

modo virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur, ut videlicet ira patientiam, gastrimargia abstinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem, quam vitiorum radicem diximus, nequaquam unius virtutis extrinzione contenta contra cuncta animæ membra se erigit, & quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne corrumpit, ut quidquid illa invadente agitur, etiamsi virtus esse ostenditur, non per hoc Deo, sed soli vanæ gloriæ serviatur. (Cap. 18.)

VII. Nam cum rerum necessitas exposcit, pensandum valde est ad culmen quisque regiminis qualiter veniat: atque ad hoc rite perveniens qualiter vivat; atque bene vivens qualiter doceat; & recte docens, infirmitatem suam quotidie quanta valeat consideratione cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat, aut perventioni vita contradicat, aut vitam doctrina destituat, aut doctrinam præsumptio extolat. (Pat. I. Prolog.)

te destruyen cada uno á la virtud contraria, la ira destruye á la paciencia, la gula á la abstinencia, la luxuria á la continencia. Pero la soberbia, raiz de todos los vicios, no contenta con arruinar una virtud sola, se levanta contra todo quanto hay en el alma; es como una enfermedad general y pestilente que corrompe todo el cuerpo de tal modo, que en quantas acciones se executan con este vicio, aunque parezcan de virtud no se sirve á Dios, sino á la vanagloria.

VII. Quando lo pide la necesidad, se debe ponderar dignamente como viene cada uno á la elevacion del gobierno; y como vive en él aquel que legítimamente le consiguio; y aun viviendo en él como enseña; y aunque enseñe lo que debe, procure conocer con toda su consideracion su propia flaqueza, para que ni por humildad huya del ministerio, ni la vida sea contraria al empleo á que ha llegado, ni la santa vida se halle destituida de doctrina, ni la presuncion haga ostencion de la doctrina.

VIII. Entonces fué laudable pretender el Obispado, quando se sabia que esta dignidad era el medio de llegar á los mayores tormentos del martirio.

IX. El que es poderoso en virtudes llegue precisado al gobierno; el que está desnudo de ellas, ni aun obligado le admita.

X. El que asciende al Sacerdocio, entra en el oficio de pregonero de Dios, para que vaya clamando antes de la venida del Juez que le va terriblemente siguiendo. Si el Sacerdote, pues, no sabe predicar, ¿cómo podrá dar clamores un pregonero mudo? Por esto se puso el Espíritu Santo sobre los primeros Pastores en figura de lenguas, porque hace que hablen de este divino Espíritu los que una vez llegó á llenar de sí. Escrito está (de las campanillas del Sumo Sacerdote): para que quando entra en el santuario se oiga el sonido, y no muera. Porque muere el Sacerdote: si quando entra ó sale no se oye su voz, y porque provoca la ira del Juez oculto, si lle-

VIII. Tunc laudabile fuit Episcopatum quærere, quando per hunc quemquam dubium non erat ad supplicia graviora pervenire. (Cap. 8.)

IX. Virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat: virtutibus vacuus, nec coactus accedat. (Cap. 9.)

X. Præconis officium suscipit quisquis ad Sacerdotium accedit, ut ante adventum judicis qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est quod super Pastores primos in linguarum specie Spiritus Sanctus insedit, quia nimirum quos repleverit, de se protinus loquentes facit... Scriptum est: ut audiatur sonitus quando ingreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti judicis exigit, si sine sonitu prædicatio-

nis accedit. (*Part. 2. cap. 4.*)

XI. Egentis etenim mentem doctrinae sermo non penetrat, si hunc apud ejus animum manus misericordiae non commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat, quando hoc in audientis pectore pietas praedicantis rigat. (*C. 7.*)

XII. Charitas patiens est. Igitur cum minime est patiens, Charitas non est. Per hoc quoque impatientiae vitium ipsa virtutum nutrix doctrina dissipatur. (*Part. 3. Admonit. 10.*)

XIII. Otiosum verbum est quod aut ratione justae necessitatis, aut intentione pie utilitatis caret. Si ergo de otioso sermone ratio exigatur, pensemus quae poena multiloquium maneat, in quo etiam per noxia verba peccatur. (*Cap. 15.*)

XIV. Jejunium sanctificare, est adjunctis aliis bonis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Admonendi sunt abstinentes, ut noverint quia

ga sin el sonido de la predicacion.

XI. La platica de la doctrina no entra en el entendimiento del necesitado, sino llega á su alma la recomendacion del Sermon por mano de la misericordia. Quando la piedad del Predicador riega la semilla de la palabra en el pecho del oyente, brota con facilidad.

XII. *La caridad es paciente.* Luego quando no es sufrida, no es caridad. Con este vicio de la impaciencia, se disipa la misma doctrina que cria y nutre las virtudes.

XIII. Palabra ociosa es aquella que carece del motivo de justa necesidad, ó de la intencion de pia utilidad. Si hemos pues de dar cuenta de la palabra ociosa, consideremos qual será la pena que se dará por el mucho hablar, en lo qual se peca tambien con palabras perniciosas.

XIV. Santificar el ayuno es manifestar con otras buenas obras que nuestra abstinentia es digna de Dios. Se debe advertir á los que se abstienen

que ofrecerán á Dios una abstinentia agradable si dan á los pobres los alimentos de que ellos mismos se privan.

XV. No se nos dice que aquel rico del Evangelio que vestia púrpura y Holanda, y se regalaba espléndidamente, robó los bienes ajenos, sino que usaba infructuosamente de los propios: no se dice que entró despues de esta vida en el lugar de la divina venganza, por haber executado lo ilícito, sino por haberse entregado enteramente al uso inmoderado de todo lo permitido.

XVI. A los que se hallan empeñados en las obligaciones del matrimonio, se les ha de advertir que quando cuidan recíprocamente uno de otro, procure cada uno agrandar de tal modo al consorte, que no desagrede al Criador, que traten las cosas de este mundo de suerte, que no dexen de desear las cosas que son de Dios: alégrese con los bienes presentes, pero sea temiendo cuidadosos los eternos males, lloren las pérdidas temporales, poniendo siempre su esperanza en los

tunc placentem Deo abstinentiam offerunt, cum ea quae sibi de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur. (*Admonit. 20.*)

XV. Neque enim dives in Evangelio qui induebatur purpura & bysso, qui epulabatur quotidie splendide, aliena rapuisse, sed infructuose propriis usus fuisse perhibetur; eumque post hanc vitam ultrix gehenna suscepit, non quia aliquid illicitum gessit, sed quia immoderato usu totum se licitis tradidit. (*Ib.*)

XVI. Admonendi sunt conjugii obligati, ut cum vicissim quae sunt alterius cogitant, sic eorum quisque placere studeat conjugi, ut non displiceat Conditori: sic ea quae hujus mundi sunt agant, ut tamen appetere quae Dei sunt non omitant: sic de bonis praesentibus gaudeant, ut tamen sollicita intentione mala aeterna pertimescant: sic de malis temporalibus lugeant, ut tamen consolatione integra spem in bonis perennibus figant: quatenus dum in transitu cognos-

cunt esse omne quod agunt, in mansione sciant quod appetunt: nec mala mundi confringant, cum spes bonorum cælestium roborat, nec bona præsentis vitæ decipiant, cum suspecta subsequentis iudicii mala contristant. (*Admonit.* 28.)

XVII. Admonendi sunt qui in minimis frequenter excedunt, ut sollicite considerent, quia nonnunquam in parva deterius, quam in majori culpa peccatur. Major enim, quo citius quia sit culpa agnoscitur, eo etiam celerius emendatur. Minor vero dum quasi nulla creditur, eo pejus, quo & securius in usu retinetur. Unde fit plerumque ut mens assueta malis levibus, nec graviora perhorrescat, atque ad quandam auctoritatem nequitiae per culpas nutrita perveniat: & tanto in majoribus contemnat pertimescere, quanto in minimis didicit non timendo peccare. (*Admonit.* 34.)

perpetuos consuelos; y conociendo que pasa todo quanto hacen, adviertan que solo permanece lo que deben apetecer. No desmaye con los males del mundo el corazon, pues le conforta la esperanza de los bienes del cielo. No engañen los bienes presentes á los que contristan los recelos de los males del juicio subsiguiente.

XVII. Adviertase á los que se exceden con frecuencia en las cosas mínimas, que consideren con atencion que tal vez se peca con mayor peligro en la culpa pequeña que en las mas graves, porque estas quanto mas facilmente se conoce que son pecados, mas prontamente se enmiendan: pero las menores, como se cree que no lo son, se cometen con tanto mayor riesgo, quanto nos representan mas seguridad. Por lo que sucede frecuentemente que acostumbrado el corazon á las culpas leves, pierde el horror á otras mas graves, y cebado con las mismas culpas, llega á cierta autoridad la injusticia; y á proporcion que aprende á pecar sin recelo en lo que es menos, viene á despreciar el miedo en lo que es mas.

XVIII. La verdadera estimacion de la vida está en la virtud de las obras; no en la manifestacion de los milagros. Pues hay muchos que no executan maravillas, y no son inferiores á los que hacen prodigios.

XIX. Del libro del Cántico de Cánticos, dice S. Gregorio: „De tal modo se espera en este libro, segun la voz de la Iglesia, la venida del Señor generalmente, que cada una de las almas pueda mirar la entrada de Dios en su corazon como si fuera la venida del Esposo al tálamo nupcial. Diga, pues, la Santa Iglesia, que espera por largo tiempo la venida del Señor, y padece una dilatada sed de la fuente de la vida, ¡quánto desca ver la presencia de su Esposo, y quanto la hecha menos!

XX. Dice la Esposa que se derritió al oír la palabra del Esposo: porque quando Jesuchristo entra con su Espíritu en el alma que le desea, inmediatamente se deshace la dureza del corazon, y algunas veces son tantas las lágrimas que se derrite, que apenas

TOMO IX.

XVIII. Vita vera estimatio in virtute est operum, non in ostensione signorum. Nam sunt plerique qui etsi signa non faciunt, signa tamen facientibus dispares non sunt. (*Lib. I. dialog. c. 12.*)

XIX. Sic generaliter ex voce Sanctæ Ecclesiæ adventus Domini in hoc opere prætolatur; ut etiam specialiter unaquæque anima ingressum Dei ad cor suum tanquam aditum sponsi in thalamum aspiciat. Itaque Santa Ecclesia diu prætolans adventum Domini, diu sitiens fontem vitæ: quomodo optet videre præsentiam sponsi sui, quomodo desiderat dicat. (*Expos. in Cant. Cant. Prol.*)

XX. Ad verbum sponsi liquefactam se sponsa dicit, quia dum Christus se per Spiritum suum animæ desideranti infundit, omnem duritiam cordis mox dissolvit: & aliquando mentem in tantas lacrymas liquefacit, ut vix capere possit quod se capere in-

ccc

tra se exultat. (Cap. 5.)

XXI. Juxta rationis usum doctrinae sermo non suppetit, nisi in aetate perfecta. Unde & ipse Dominus anno duodecimo aetatis suae in medio Doctorum in templo sedens, non docens, sed interrogans, voluit inveniri. Ut enim non auderent homines in infima aetate praedicare, ille anno duodecimo aetatis suae interrogare homines est dignatus in terra, qui per divinitatem suam semper Angelos docet in caelo. (Hom. 2. sup. Ezeq.)

XXII. Notandum est quia in quantum sine peccato possumus vitare proximorum scandalum, debemus; si autem de veritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum, quam veritas reliquatur. (Hom. 7.)

XXIII. Quilibet peccator conversus in fletibus, jam justus esse inchoat, cum coeperit accusare quod fecit. Cur enim justus non sit qui contra suam injustitiam jam per la-

puede entender como ha cabido en ella el que con exultacion conoce que ha recibido.

XXI. En el uso de la razon no se hallan las palabras de doctrina, sino en la perfecta edad. Por lo que el Señor que estaba sentado, á los doce años de su edad, en medio de los Doctores y en el templo, no quiso que le halláran enseñando, sino preguntando: para que los hombres, no se atreviesen á predicar en la corta edad, se dignó de preguntar á los hombres en la tierra quando tenia doce años, el que por su Divinidad está siempre enseñando á los Angeles en el cielo.

XXII. Debe notarse que tenemos obligacion de evitar en quanto nos sea posible el escándalo de los próximos; pero si de la verdad reciben escándalo, mejor es permitir que este nazca, que desamparar la verdad.

XXIII. El pecador que con llanto se convierte, ya empieza á ser justo, pues da principio á la acusacion de lo que hizo. ¿Cómo no ha de ser justo el que por medio de sus lá-

grimas está castigando en sí mismo la injusticia? Nuestro Abogado, que es Justo, nos defenderá en el juicio como justos, porque nosotros nos conocemos, y acusamos como injustos. No confiemos, pues, en nuestras acciones, sino en lo que alegará nuestro Abogado.

XXIV. Mezcla Dios los trabajos con sus dones, para que se nos haga amargo todo quanto nos deleytaba en el mundo, y para que se levante en nuestro corazon tal incendio, que nos esté siempre excitando deseos celestiales, y para decirlo asi, nos muerdan con deleyte, nos atormenten suavemente, y nos contristen alegremente.

XXV. Presto nos resolvió esta quèstion la misma Verdad, porque el camino de Dios es angosto para los que empiezan, y ancho para los perfectos. Lo que proponemos espiritualmente al alma contra sus costumbres es duro, y no obstante, es ligera la carga de Dios en empezando á llevarla; en tanto grado, que hasta la persecucion por su amor es agradable, y toda afliccion por

crymas saevit? Justus igitur advocatus noster, justos nos defendet in judicio, quia nosmetipsos & cognoscimus & accusamus injustos. Non ergo in fletibus, non in actibus nostris, sed in advocati nostri allegatione confidamus. (Ib.)

XXIV. Unde & donis suis flagella permiscet, ut nobis omne quod nos in saeculo delectabat, amarescat, & illud incendium surgat in animo, quod nos semper ad coeleste desiderium in quiete excitet, atque ut ita dicam, delectabiliter mordeat, suaviter cruciet, hilariter contristet. (Hom. 16.)

XXV. Hanc nobis quæstionem citius ipsa veritas solvit, quia via Dei & inchoantibus angusta est, & perfecte jam viventibus lata. Et dura sunt quæ contra usum spiritualiter animæ proponimus, & tamen onus Dei leve est postquam hoc ferre coeperimus; ita ut pro amore ejus etiam persecutio placeat, & omnis pro eo affectio in mentis dulcedine veniat, sicut sancti quo-

que Apostoli gaudebant, cum pro Domino flagella tolerabant. Ipsa ergo angusta portarum amantibus lata fit, ipsarum viarum durarum specialiter currentibus molles & planarum fiunt, dum scit animus se pro temporalibus doloribus gaudia æterna recipere, & hoc incipit quo affligitur amare. (*Hom. 17.*)

XXVI. Nullum putó, fratres charissimi, ab aliis majus præjudicium, quam à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. (*Ib.*)

XXVII. Ille veraciter charitatem habet, qui & amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum. (*Ibid.*)

XXVIII. Probatio dilectionis exhibitio est operis. (*Ib.*)

el Señor es dulzura del entendimiento; así como se alegraban los Apóstoles quando por él sufrían los azotes. La puerta estrecha, pues, es ancha para los amantes, los mismos caminos ásperos se hacen suaves y llanos para los que corren señaladamente; quando sabe el alma que recibe gozos eternos por los dolores temporales empieza á gustar de lo mismo que la affige.

XXVI. Me parece, hermanos, que no tolera Dios mayor perjuicio que el que padece de los Sacerdotes; quando ve que dan exemplos de perversidad los que él tiene puestos para la correccion de los otros; quando pecamos los que debíamos contener los pecados.

XXVII. Aquel tiene verdadera caridad que ama al amigo en Dios, y al enemigo por Dios.

XXVIII. La prueba del amor es la manifestacion de la obra.

SENTENCIAS ESCOGIDAS

DE SAN JUAN DAMASCENO.

Correspondientes al Capítulo III. Artículo IV.

I. Charitas omnium virtutum apex, ac veluti arx. (*Orat. de Domini Transfiguratione.*)

II. Accedamus ad eum ardenti desiderio... Divinum carbonem summamus, ut desiderii nostri ignis, accepto carbonis ardore, peccata nostra comburat, corda illuminet, divinique adeo ignis commercio inardescamus, & in Deos evadamus. (*De fid. orthodox. lib. 4.*)

III. Nec vero panis, & vinum Christi corporis & sanguinis figura sunt, (absit) sed ipsum Domini corpus Deitate donatum, cum ipse Dominus dixerit: *Hoc est*, non figura corporis, sed corpus meum: neque figura sanguinis, sed sanguis meus. (*Ib.*)

IV. Crucis signum adorandum nobis est: ubi enim signum fuerit, ibi quoque, & ipse erit. Cæterum materia ex qua constat figura crucis, nequaquam adoranda est. (*Ib. c. 11.*)

V. Cum ille, qui in forma Dei existens, forma servi suscepta, ad quantitatem, qualitateque sese contraxerit, ac corporis figuram induerit, tunc eum in tabellis exprime, & conspiciendum præbe, qui conspici voluit. Inexplicabilem ipsius demissionem exora, ortum ex Virgine, Baptismum in Jordane, Transfigurationem in monte Thabor, cruciatus, & mortem, crucem illam salutarem, sepulturam, resurrectionem, in cælos ascensum, hæc omnia tum verbis, tunc coloribus describe. (*Orat. 1. de imag.*)

VI. Ad Imperatores spectat recta rei administratio; Ecclesiarum regimen ad Pastores & Doctores. Tibi parebimus, ó Imperator, in his, quæ ad hujus sæculi negotia pertinent, in